



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Capita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

quirenda cibos sibi ex papavere confecisse tradant, quasi per somnium ea fuerit investiganda; que A
miera sunt nigra.

V E N U S. CAP. XVII.

Veneru sua. **A** pud Sicyonios Venus, ut author est Paulanias, cum papavere in altera ex manibus contenta figurabatur, quod dubio procul ad seminii copiam referendum est. Nam quantum ad amorem pertinet, in altera inana malum habebatur, quo de commentario suo dictum. Erat vero ejus Decretiva auro eboreque fabricata, in summo cuius vertice poculum insidebat, quod hieroglyphicum eo spectat, quod Maritum Graeci, vel dicere velimus Amatorem, potionis nomine nuncupabant: vix enim utriusque nomen, & πῶς Platoniamor.

A M O R. CAP. XVIII.

Sorilegi- um amoris **N**imirum autem papaver florens amoris indicium habetur apud sortilegos, ejus quidem folium qui amoris periculum facere volunt, pugno superponant, alteraque passa manu illud albidentes, ex crepitu conjiciunt quod querebant. Explorant enim an amantes redamantur; nam quo clamor insonuerit, eo se magis amari putant; quod si sonus oblanguerit, contemptui se habitos arbitrantur; cuius reitum eo loco meminit Theocritus:

*ὅτι τὸ τριχίδιον ποτὶ μαζάριον· πικρὰ γογγύσσει,
ἀλλ' ἀντὶ κινῆσθαι ποτὶ πύργῳ θῆσθαι αἰγίον.*

quod uno dici potest verlu:

Nec supercussio crepuere papavera pugno.

Humani vero generis hieroglyphicum pra se ferre videtur, non ex iis tantum que superius de granorum dissepimentis dicta sunt, sed eo etiam constat, quod compitalibus, que in compitis Laræ, sive Larundæ, vel Maniæ Larum matri fiebant, humana capita sacrificabantur. Sed Junius Brutus Consul sacrificii genus abominabile & abhorrendum, suppositis puerorum loco alii papaverisq; capitibus, celebrandum instituit.

C A P I T A. CAP. XX.

Capita papaverum detrahere. Plin lib. 19 cap. 8. lib. 1. **E**st enim illud haud obscurum papaveris significatum, ut omnino capitis hieroglyphicum habetur, adeo nullus olerum fetus insigniore capitis honore conspicuus est; forte vastior fructus cinarae, sed aut spinarum, aut integumentorum, quibus confertim circumvallatur, asperitate horridior, cum papaveris & lavore delicatus, & Regia coronare dimitus, in jestatem quandam pra se ferat. Jam & apud interpretes Theocriti *μάκρο λίσσται ἢ κισφάδι*. Sed mihi videtur locus, potius ex historia desumptus, ubi Tarquinius cognomento Superbus, per hortum in ambulans, nullo responso dato ei nuncio quem Sextus ejus filius, quid sibi agendum in Gabios esset seiscitatum miserat, tantum baculo eminentiora papaverum capita decutiebat. Ex quo Sextus intellexit, proceres populi paulatim summoventos. Sed hoc vetus fuit Corinthiorum exemplum, a quibus oriundi Tarquinius. Siquidem ferunt Periandrum, qui Corinthi tyrannidem exercuit, cum perfidum nuncium Thrasymbulum Milesium consulisset, quanam arte quave vi sibi principatum stabilire posset, nullum ab eo responsum accepisse; vidisse enim se tantum nuncius memorabat, eum in campum tridecem segetes ingressum, eminentiores spicas baculo decussisse, atq; ita Periandrum in arcum, capitibus civitatis caede & exilio sublatis, tyrannidem occupasse.

D E V E R B E N A. CAP. XXI.

Capitis quod in papavere, est significatum, verbenæ reminisci facit, in qua de capite idem in non incuriosa & nunc est, & olim fuit investigatio.

CAPITA